

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Bellum ad  
cum uariis

Ex uultu, ex oculis, ex omni conformacione membrorum eos eligtat qui implere ualeant bellatores. Namque non tantum in hominibus sed et iam in equis et canibus uirtus multis declaratur indicis. Sit ergo adolescens Marcio operi deputandus uigilantibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris muscolosis, ualentibus digitis, longioribus brachiis, uentre modicus, exilior cruribus, suris et pedibus non superflua carne distentis sed neruorum duricia collectis. Cum hec in tirone signa deprehenderis, proceritatem non magno opere desideres. Vtilius est enim fortis milites esse quam grandes.

Ibidem capitulo VI.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

uultu] vultus L<sup>2</sup>; oculis] oculi L<sup>2</sup>; conformacione] formacione (*cor. supra lin.*) C; eligtat] eligtant P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Marcio] martis P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; et *om.* L<sup>2</sup>; desideres] desideras L<sup>2</sup>